Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36566
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

salvus fiat. neq; qui respirare. Si enim hos hostes obtinuerimus. cōpe
rantur obtinebimus etiam aerias potestates. et regno suo eas quod in tra
nos superiorum urbium sedes collocaverunt depellemus. In prioribus lectionibus
rex hierusalem congregaverat secum alios .iiii. reges adversum israhel et
adversum filios israel. nunc autem iam non unus quatuor congregat aut quinque
sed unus quasi multitudinem congregat. Vt audivit autem inquit
iabin rex asor: misit ad iobab regem amorreorum. et ad regem symeon. et ad
regem abdeir. et ad reges qui erant circa sydonem magnam. et in montana
et in arabia. quae est circa cynereth. et ad campos. et in fana endor: et ad
chananeos qui erant in maritimis ab oriente. et ad amorreos qui erant
maritimi. et ad ethaeos. et ad ferezaeos. et ad iebuseos qui erant in mon
tanis. et ad euaeos qui erant sub deserto maseema. et exierunt ipsi et
reges eorum cum ipsis. sicut est harena maris in multitudine. et equi et
quadrigae multae nimis. et convenerunt omnes isti reges. et coierunt in
unum ad aquam maron pugnare contra israel. Dixit autem dominus ad iesum.
Ne timueris a facie illorum. quia crastina die ad hanc horam ego tradam
eos saucios ante faciem israel. quos eorum subneruabis. et currus eorum
igni exures. Et venit iesus et omnis populus bellatorum cum eo super ipsos ad aquam
maron. et subito irruit super eos in monte. et tradidit eos dominus in manu
israel. Et cedentes eos persecuti sunt usque ad sydonem magnam. et usque ad ma
saphot. ad aquam. et usque ad campos maspheh contra orientem. et trucida
verunt usque quo non superesset ex eis qui evaderent. Et fecit eis iesus sicut praecepit
ei dominus. equos eorum subneruavit. et currus eorum exussit igni. Et convertus
est iesus in ipso tempore. et occupavit asor: et regem eius interfecit gladio.
Videes quanta adversum iesum et israelitas cum populum contrariarum virtutum
et pessimorum daemonum exercitus certent. Isti omnes daemones ante
adventum domini et salvatoris nostri. quietem et securitatem animas humanas
possidentes in carum membris corporibusque regnabant. sed ubi interius
apparuit gratia et misericordia salvatoris nostri dei. edocens nos ut pie et sere